ΘΡΕΤΤΕ, ejusdem comici Schol. barbarismum esse dicit, pro θαρρεῖν, seu θαρσαλέον; in hoc loco equitum, ἀλλ' ὦ ἱππῆς τὸ θρέττε.

Θρηνῶ, lamentatio; videtur simpliciter ἀπὸ τοῦ θρεῖν, deduci; quod & Hesychius innuit, quum θρεμμῦσα exp. θρηνοῦσα, &c. V.

Θρησκεύω, exp. superstitiosis quibusdam ceremoniis Deum, seu deos colo; vel nimis superstitiosè ceremonias ad cultum Dei vel deorum adhibeo; scribit Plut. in Alex. videri hoc verbum factum & deductum à Thracibus, apud quos Orpheus deorum cultum invenerit, quo postea usi sunt Græcorum plerique; idem testatur Etymol. ut & Schol. Eurip. & Suid. Item simpliciter colo; sic in lib. Sap. θρησκεύειν τὰ γλυπτὰ, & apud Herodot. signif. etiam, religiosè instituo & observo; &c. V.

ΘΡΙΑΙ, calculi sortilegorum; est Thema, &c. V.

Θριγκὸς, dicitur per Epenthesin literæ γ, quasi θερικὸς, à Them. θρίξ, τριχὸς, & exp. lorica muri; & dicitur etiam esse in quod lorica restacea, Vitruvio, l. 2. c. 9. & Curtio, l. 8. i. e. tutela parietum ab aqua pluviali; id quod vulgò vocatur caputium, Schol. Eurip. tradit, θριγκὸς, esse lapides qui summis tribus ædium superimponuntur, seu in tegulis, &c. V.

Θρίναξ, exp. instrumentum rusticum, tridenti simile; idem quod τρίναξ; à Th. τρεῖς, unde τρίαινα, ἡ, tridens; atq; in dè etiam, θρινακία, dicta est Sicilia, &c. V.

Θρίσσα, ἡ, & θρίσσαι, ὁ, pisces quoddam genus dicitur, apud Athen. & in Epigr. reducitur ad Th. θρίξ, τριχὸς, quòd ossa dicatur habere pilis similia.

Θρόμβος, exp. propriè, rei in unam massam concretæ frustum; dicitur enim δύνασθαι τεθρέφθαι, ὁ δὲ πιπτόμενος; teste Eust. ut apud Diosc. l. 3. c. 44. θρόμβος αἱματώδης λαλεῖ, i. e. dissolvit sanguinis concreti grumos, seu sanguinem concretam di cutit; unde sanguinis etiam concreti partes θρόμβοι appellantur; sed dicitur &, de aliarum rerum concretarum grumis; ut Suid. θρόμβους ἁλῶν, dici scribit salem crassum, seu calisgrumosum Herodot. l. 1. ἅμα τῷ ὕδατι θρόμβους ἀσφάλτου ἀναδίδωσι πολλούς, i. e. grumos bituminis, seu bituminis concreti particulas & frusta: & Diosc. l. 1. de Syrace, θρόμβους ἔχει ἀστακώδεις; Hesych. θρόμβους esse dicit locum ex quo itum; itidemque, Schol. Soph. dicit esse ὄγμον.

Θρύα, τὰ, à Thessalis vocari animalia varie-

Θῆλυς, εια, ὁ, ἡ, fœmineus; vel qui est sexus fœminei; ut τῷ ἀριθμῷ τὸν μὲν ἄρτον θῆλυν, ἄρρενα δὲ τὸν πέμματον ὀνομάζειν, apud Plut. in Probl. Rom. de Pythagoricis; sic & apud Aristot. θῆλυς ἐλέφας, dicitur Elephas fœmina; & ὁ θῆλυς ἵππος, & ὀρθὸς, equus, vel mula, & apud Diosc. l. 1. θῆλυς κάλαμος, arundo fœmina; itidem in fœm. gen. ut Ἥρη θῆλυς ἐοῦσα, quum sit fœminei sexus, quum sit fœmina; & apud Eurip. θῆλυ ἀσπερεῖν, fœmineum genus, seu fœminarum; & in Epigr. θῆλυς φύσις, & θῆλυς χάρις; & Nonn. ἠμείβετο θῆλυϊ φωνῇ, fœmineâ voce; pro eod. θήλεια, quoq; dicitur in fœm. gen. ut apud Plat. θήλειαι κόραι, virgines, & θήλειαι θύγατρες, filiæ neptesque; item ἡ θήλεια, fœmina; de cujusvis generis animantibus, ut θήλεια, vel Ionicè θήλεα & θηλὶ ἵππος, apud Herodot. & in neut. θῆλυ, fœmineum; quod fœminei sexus, seu generis est; ut in plur. neut. θήλεα τέκνα, apud Herodot. fœminei sexus liberi, i. e. filiæ; & apud Aristot. θήλεα ὠά, fœminei sexus ova; i. e. ova quæ fœminam procreant; dicitur etiam, τὸ θῆλυ, sub. γένος; & apud Gal. ad Glauconem; τὸ θῆλυ, exp. ingenium mulliebre; ut & θῆλυς, exp. fœmineus, muliebris; mollis, tener; vel effœminatus; Plato in Cratylo, τὸ θῆλυ, denominatum videri ait, ἀπὸ τῆς θηλῆς, &c. V.

Θήρ, bellua; dici putatur à quibusdam quasi φθήρ, alii, παρὰ τὸ θέειν ἐφ' ἕτερα, &c. V.

Θημωνόρκη, est comp. ex Θημέων & νάρκη, &c. V.

Θησαυρὸς, dicitur acervus rerum repositarum in crastinum, i. e. in sequentes dies & annos; παρὰ τὸ εἰς ἄνειλον τίθεσθαι, item ipsæ opes repositæ, thesauri vocantur; sed usitatius, sic dicitur, quod in nostra supellectile pretiosius est, ideoq; magnâ curâ reponi & custodiri solet, &c. V.

Θητεύω, est pro ἐπιθήσω, Synæresi, seu contractione facta, pro ἠτίθεσω, fœm. ab ὁ ἔπτωρ, vel ab ἄπτωρ, Doricè pro ἴπτωρ, sicut τεύχω, Dorice dicitur pro τέπω, &c. V.

Θίασος, propriè, dicitur turba Bacchichos choros agitans; ut tradit Athen. l. 8. & apud Eurip. ὁμῶ ὄχλῳ θιάσους σκεῖτ' γυναικείων χορῶν; item examen, seu caterva mulierum; & general. conventus, collecta multitudo; item convivantium cœtus; & ipsum convivium; Athen. l. 8. & 5. ubi θιάσους, dictos vult quasi σιάσους, à σιὸς, quod Dorice dicitur pro Θεὸς, &c. V.

Θίξειν, ης, ἡ, à quibusdam dicitur esse vas quod amplexabatur discum vitreum, nè frangeretur in ferculis ferendis; à pinio dictum repositorium; item Θίκη πτέρυξ, exp. fiscella scirpea, &c. Vide.

Θίξεις, exp. tostus; ut apud Nic. in Alexiph. ἀέα θίξεις χαλκίνης, Schol. Interpr. tosta sub carbonibus; item mollis, pulcher, Hesych. &c. V.

Θίγω, exp. tango; ut μὴ τὴ θίγῃς, nè quicquam attingas; Moschus, Idyl. 1. Item apud Plut. exp. & attingo, i. e. breviter perstringo; item tango aliquem, i. e. taxo, &c. V.

Θῖν, pro acervo, interdum, sine adjectione, sumitur pro cumulo arenæ; quidam autem volunt propriè, frequenti acervum significare; Eustathius, θῖν, litus, vult derivari à Θείνω, ferio, quoniam τύπτεται τῇ φορητῇ τῶν κυμάτων, &c. V.

Θλάω, contundo, collido, conquasso; quidam verbum fictitium esse volunt, à sono; sicut κλάω, aliaq; multa, &c V.

Θλίβω, exp. premo; ut calceus à Philostrato dicitur θλίβειν pedem; & Theocr. θλίβειν χείλεα, premere labia osculando; item comprimo, & constringo, stringo; item elido; item Metaph. ut Lat. premo; item affligo, afflicto; sæpe in Novo Test. (à θλάω, deducitur;) unde & verbale, θλῖψις, εως, ἡ, exp. compressio; item afflictio; i. e. angustiæ in quas redigitur is qui affligitur, seu anxietas illa quâ premitur; aut denique malum illud quod patitur; sæpe etiam in Novo Test. &c. V.

Θολὸς, ὁ, exp. sordes turbidæ, turbamentum sordium, quale cœnum est aut fæx; item peculiariter, fuscus & turbidus humor, quem sepiæ emittunt; item Θόλος, Paroxyt. ε, ὁ, exp. tholus, i. e. camera ædificii; quæ altiùs crescens rotundâ formâ in fastigiatum definit cacumen; seu ut alii declarant, testudo in orbem circumacta; Hesychio θόλος, domus est tectum habens in acutum desinens fastigium; item Θόλος, fœm. gen. dicebatur Athenis locus in quo πρυτάνεις & Senatores cœnare solebant; propterea quòd formâ rotundâ extructus esset; apud Hom. vero, Θόλος, est ædificium rotundum, in quo vasa quotidiano usui necessaria reponebantur, ut disci, crateres, pocula; ut exponit Eust. Od. χ. qui derivatum vult à Θέειν, & ὅλον, quasi τὸ περιειλούμενον, in balneis autem, Θόλος, masc. gen. appellatur locus orbiculari ambitu in se recurvus, in quo sudor elicitur sicco calore, &c. V.

Θοὸς, interdum exp. fortis, strenuus; ut Θοὸς μάχεσθαι, Il. π. Item acutus; ut Θοὸς γόμφος, acuti clavi, & Θοαὶ νῆσοι; apud Hom. ob promontoria quæ habent, in cuspidis morem acuminata, &c. V.

Θόρυβος, turbamentum, turbæ; interdum in bonam partem sumitur; & exp. strepitus acclamantium & applaudentium, Eust. ex θρῦς & βοὴ, compositum esse censet, &c. V.

Θραῦ, insilio, ab Hesychio exp. etiam ὀχλῶ, ut sit idem quod θόρυνμαι, hinc derivatum, &c. V.

Θρέξις, exp. tostus; ut apud Nic. in Alexiph. ἀέα θίξεις χαλκίνης, Schol. Interpr. tosta sub carbonibus; item mollis, pulcher, Hesych. &c. V.

Θρασυμάχης, exp. audax in pugna, &c. Vide.

Θραύστης, traupalus, arbor; Theophr. Hist. P. l. 3. c. 7. & l. 4. 21. Item Θραῦστις, avis ex genere τῶν ἀκυπόδων, apud Aristot. Hist. an. l. 8. c. 3. quem Gaza carduelem Interpr. alibi scribitur & Θρασὶς, pro eod.

Θρεύω, exp. frango; item frio; & Metaph. apud Plut. in Alcib. Θρεῦσαι τὴν Ἀθηναίων δύναμιν, frangere potentiam seu vires; & apud Heredian. θρεῦσαι τὴν ἐλπίδα, spem frangere, seu debilitare; Etymol. deducit à θλάω, mutato λ in ρ, ut ex θλᾶ, formetur θλαύω, unde θρεύω, &c. V.

ΘΡΕΤΤΑΝΕΑΟ, vox est à Philoxeno tragico conficta, ad exprimendum sonum citharæ, quâ ludentem Cyclopem introducit; meminit Schol. Aristoph. in Pluto.

ΘΡΕΤΤΕ, ejusdem comici Schol. barbarismum esse dicit, pro θαρρεῖν, seu θαρσαλέον; in hoc loco equitum, ἀλλ' ὦ ἱππῆς τὸ θρέττε.

Θρηνῶ, lamentatio; videtur simpliciter ἀπὸ τοῦ θρεῖν, deduci; quod & Hesychius innuit, quum θρεμμῦσα exp. θρηνοῦσα, &c. V.

Θρησκεύω, exp. superstitiosis quibusdam ceremoniis Deum, seu deos colo; vel nimis superstitiosè ceremonias ad cultum Dei vel deorum adhibeo; scribit Plut. in Alex. videri hoc verbum factum & deductum à Thracibus, apud quos Orpheus deorum cultum invenerit, quo postea usi sunt Græcorum plerique; idem testatur Etymol. ut & Schol. Eurip. & Suid. Item simpliciter colo; sic in lib. Sap. θρησκεύειν τὰ γλυπτὰ, & apud Herodot. signif. etiam, religiosè instituo & observo; &c. V.

ΘΡΙΑΙ, calculi sortilegorum; est Thema, &c. V.

Θριγκὸς, dicitur per Epenthesin literæ γ, quasi θερικὸς, à Them. θρίξ, τριχὸς, & exp. lorica muri; & dicitur etiam esse in quod lorica restacea, Vitruvio, l. 2. c. 9. & Curtio, l. 8. i. e. tutela parietum ab aqua pluviali; id quod vulgò vocatur caputium, Schol. Eurip. tradit, θριγκὸς, esse lapides qui summis tribus ædium superimponuntur, seu in tegulis, &c. V.

Θρίναξ, exp. instrumentum rusticum, tridenti simile; idem quod τρίναξ; à Th. τρεῖς, unde τρίαινα, ἡ, tridens; atq; in dè etiam, θρινακία, dicta est Sicilia, &c. V.

Θρίσσα, ἡ, & θρίσσαι, ὁ, pisces quoddam genus dicitur, apud Athen. & in Epigr. reducitur ad Th. θρίξ, τριχὸς, quòd ossa dicatur habere pilis similia.

Θρόμβος, exp. propriè, rei in unam massam concretæ frustum; dicitur enim δύνασθαι τεθρέφθαι, ὁ δὲ πιπτόμενος; teste Eust. ut apud Diosc. l. 3. c. 44. θρόμβος αἱματώδης λαλεῖ, i. e. dissolvit sanguinis concreti grumos, seu sanguinem concretam di cutit; unde sanguinis etiam concreti partes θρόμβοι appellantur; sed dicitur &, de aliarum rerum concretarum grumis; ut Suid. θρόμβους ἁλῶν, dici scribit salem crassum, seu calisgrumosum Herodot. l. 1. ἅμα τῷ ὕδατι θρόμβους ἀσφάλτου ἀναδίδωσι πολλούς, i. e. grumos bituminis, seu bituminis concreti particulas & frusta: & Diosc. l. 1. de Syrace, θρόμβους ἔχει ἀστακώδεις; Hesych. θρόμβους esse dicit locum ex quo itum; itidemque, Schol. Soph. dicit esse ὄγμον.

Θρύα, τὰ, à Thessalis vocari animalia varie-

variegata; à Cypriis, floridas vestes; ab Æolis, medicamenta, venena; Theocr. Schol. annotat; unde in genere pro pharmaciis venenisq; accipi potest, &c. V.

Θρύλος, ὁ, rumor; deducitur à θρέομαι, ieu θρῶ; ut sit θρύλος, quasi θρέλλος, &c. V.

Θρύμμα, τό, est verbale, à θρύπτω, f. ψω, &c. V.

Θρύπτω, propriè, putatur esse, in minutas partes frango, contero; frango in micas; Item frango deliciis; hoc verbum Eust. inter ea recenser, quæ ὠνοματοποιῶς; Plato item in Cratylo, dicit literam ρ, hoc in verbo ἀπειχάζειν τὸ πολύ, sicut in κρύειν, θρύειν, ἐρύκειν, καρυκεύειν, & βρύειν, &c. V.

Θρύσσω, insilio, exp. & ineo, sicut ἄρρην θήλυν, inire dicitur; tradit autem Eust. πυγικῶς, quosdam antiquos derivare θρύσσω, à θρέω, seu θρέμαι, ut νοίσσω, à νέω; ex quo, factâ transpositione literarum, fieri θερίσσω, atq; indè, mutato ο in ω, & subscripto ι, θρέσσω; atq; illud ipsum ι, in θρεσμός, indè derivato subscribi; licet ea scriptura non ubiq; observata reperiatur; θερσμός; autem exp. collis qui è terra quasi subsilliit; vel locus eminentior ex quo spectare possumus; à θρέω, pro θεάσασθαι; ut Suid. tradit, Il. κ. & apud Apoll. Arg. 2. ἀνὰ θερσμὰς, exp. per salebras; & ejus Schol. dicit θερσμὸν, esse locum supra flumen eminentem, in quem ex navi salitur, &c. V.

Θύελλα, exp. ventorum complicatorum vis impetuosa; & dicitur volunt θύελλαι, quasi ἄελλαι θύουσαι, unde Aristot. de mundo, θύελλαι, definit, πνεύματα βίαιον καὶ ἄφνω περισπώμενον, i.e. flatum prævalentem qui repentè prosilit, &c. V.

Θυλακιτρώξ, mus dicitur, quia saccos escarios τρώγει, &c. V.

Θυμβρώδης, ους, ὁ, ἡ, thymbræ similis; qui è thymbræ genere est; apud Theophr. H. Pl. l. 1. à Th. θύμβρα, ἡ, pro quo dicitur & θυμβραία, ἡ, &c. Vide.

Θυμηγρία, est comp. ex θυμὸς & ἀγρέομαι, &c. V.

Θυμιάω, adoleo, suffio, exp. & suffitu affio, vel inficio; παρὰ τὸ θύω, &c. Vide.

Θυμὸς, animus, exp. & animi præsentia; Item animi præstantia; animi vehementia, seu præfidentia; Item exp. etiam, animalis spiritus & vivificus; ut Eust. exp. apud Hom. ἰσαγείριτο θυμὸν, Item anima, vita; ut θυμὸν ἀπούρας, apud eund. & ἐκαίνυτο θυμὸν, animam abstulit, i.e. interfecit; item excandescentia; Stoici θυμὸν definierunt ὀργὴν ἀγρίαν μόρμυρον, iram nascentem, & modo existentem; atq; sic ponitur & pro iracundia, seu iracunda mente; Plat. in Cratylo. θυμὸν deducit ἀπὸ τοῦ θύεσθαι καὶ ζέεσθαι τῆς ψυχῆς; Etymol. vero, ἀπὸ τοῦ θύειν τὸ ὁρμᾶν τὸ αἷμα; Medici enim dicunt, iram esse sanguinis ebullitionem circa præcordia, &c. V.

Θύννος, thynnus; nomen piscis prægrandis; dictus ἀπὸ τοῦ θύειν, i.e. ὁρμᾶν; quòd canticulæ exortu æstro agitatur, vermiculo quodam, quod tum sub pinnâ habet, permotus adeo ut etiam in navigia exiliat, Athen. l. 7. & Plin. ex Arist. &c. V.

Θύσσε, Metaph. Eust. appellari tradit sensus; quia per sensus, tanquam per januas ad animum ingrediuntur sensilia, &c. V.

Θυρηδόρος, exp. scutifer, &c. V.

Θυρηβόλιον, Hesych. ait esse τὸν ἐπάνω δικτυον, & θυρηβόλος, Suidæ est ὁ πάντων faber; utrumque, ex θύρα & βολὴ, ἡ, seu βόλος, ὁ, &c. V.

Θύρηθεν, idem quod, & pro θύρασθεν, id vide.

Θυρσομανὴς, exp. thyrso furens; hoc nomine intelligitur Bacchus, apud Eurip. in Phœniss. ex θύρσος, ὁ, & μαίνομαι, f. μανῶμαι, unde μανία, ἡ, &c. V.

Θύσανος, Hesych. & aliis sunt κεφαλαὶ πόρπαι, ab Oppiano vero, vocantur pennæ, vel alæ; παρὰ τὸ θύειν, quod est ὁρμᾶν; διὰ τὸ δυνήτην ἢ δυσκίνητον, aliquando, merri causâ σ duplicatur, &c. V.

Θῶ, inusitatum Thema contractum ex θέω, vel ex θάω, contractum ex θέω, signif. pono; ab Etymol. vero, θῶ, exp. etiam, κτυλαύω; item ζημιῶ; unde θωὴ, seq. &c. V.

Θωὴ, ἡ, exp. ἡ ἐπιτίθεμένη τινὶ ζημία; ut Schol. exp. apud Hom. σὺ δ' ἔχεον θωὴν ἐπιθήσομεν, Od. β. Eust. derivat à θῶ, ut φωνὴ, à φῶ, & ζωὴ, à ζῶ, &c. V.

Θωμίζω, funiculis vincio, vel coerceo; Suid. exp. & fodico, pungo, vellico: Item flagello, &c. V.

Θώραξ, à veteribus, appellabatur pars corporis inter collum & pudenda interjacens; ut tradit Aristot. l. 1. H. an. c. 7. & Hippocr. in l. περὶ πτίσης, à recentioribus autem Medicis, & Galeno, θώραξ, ea pars dicitur, quæ collo subjecta utrinq; costis clauditur; sed est & vinculi nomen, quod pectori adhibetur, ubi medium pectus, vel dorsum, vel latera, seu thoracem volumus deligare; cujus insiciendi rationem Gal. explicat lib. de fasciis; Suidæ est etiam πύρ; sicut θωράκιον, eidem murum significat; sic & apud Hesych. Item θώραξ, vocatur etiam ὁ χὴρ; poculi genus, quo quasi thorace, seu loricâ potor contra potorem armatur; unde apud Aristoph. in Acharn. quum miles puerum juberet afferre sibi θώρακα πολεμικὸν, alter in ambiguo ludens, subjicit ἕξωμα πᾶν θώρακα κἀμοὶ τὸν χόα; quidam deducunt à θορέω, salio, propter continuum cordis motum; alii, ἀπὸ τοῦ τὸ θέλειν ἄγειν τὸ διανοητικὸν ἀφεῖναι, quòd mentem, divinam nostri partem contineat & fervet, &c. Vide.

Θωύσσω, cano, prædico, exp. & ferè in modum invado, & apud Eurip. in Hippol. ὡσὶ θωΰξαι, exp. clamore incitare & inhortari canes, &c. V.

I.

IA, clamor; ponitur inter Themata; Item ἴα, una, eademque; ex masc. ἷος; Item ἴα, viola; à sing. ἴον, τό, &c. V.

Ἰαμβος, dicitur pes quidam metricus; constans duabus syllabis, priore brevi, posteriore longâ, Athen. Iambi dicuntur etiam carmina, seu cantica quæ ex pede isto metrico constant; quorum alia, σπουδεῖα, nominantur alia, παίγνια, alia, τελέσματα, passim apud Athen. Unde ἰαμβίζειν, exp. convitiis insector Athen. l. 11. nam Iambico plurimùm, metro utebantur comici & mimi, quum aliquem taxare & traducere volebant; quidam tamen. Iambum dictum volunt ab Iambe quadam puella, quæ αἰσχρῶς ὑβρεσθῆναι, suspendro vitam finiit; atq; eam ob rem nonnullos putare Iambum ex brevi & longa esse compositum; quòd ἡ ὕβρις, è parvo orta principio, in magnum malum desinat; vide & Nic. Schol. in Alex.

Ἰαμβαὶ, & Ἰαμνοὶ, dicuntur pro ἐλαμβαὶ; à Th. in sing ἐλαμβὸς, vratum, viretum; pro quo dicitur & ἰαμβὸς, ab ἔα, significante gramen, &c. V.

Ἰαπλατὰ, adv. est σπατλαστικῶν, apud Aristoph. in nub. Ubi hæc exclamatione utitur quidam qui vexabatur à pulicibus; idem in equit. ἰαπλατὰ τῶν κυνῶν, ἰαπλατὰ, flentium sunt interjectiones, seu exclamationes, & deduci possunt ab ἀπλατὰ, &c. V.

Ἰδιογενέσιον, idem est quod ἀυτόγενον; id V. Utrumq; à γενεὴ, ἡ, Item ἰδιότητα, à κτητὸς, comp. cum ἰδιος, &c. V. Sic etiam, ἰδιολογία, exp. propria & peculiaris loquendi ratio; ex ἰδιος & λόγος, ὁ, &c. V.

Ἰδιοσυστάτως, ex Damasc. est adv. ab ἰδιοσύστατος, &c. V.

Ἰδιότης, dicitur propria cujusq; rei natura; à Th. ἰδιὸς; unde in plur. neut. τὰ ἴδια, dicuntur privatæ opes; apud Thuc. & Hocr. &c. V.

Ἰδιώτης, exp. privatus, privatam vitam agens, qui non fungitur magistratu; cui oppon. ὁ πολιτευόμενος, & ὁ ἄρχων; sed dicitur & βίος ἰδιώτης, vita privata; & ὁ τῶν ἰδιωτῶν βίος; item ἰδιώτης, exp. & unus è vulgo; plebeius; & interdum, ἰδιῶν, opponuntur τοῖς πεπαιδευμένοις; & peculiariter, ἰδιώτης, dicitur qui rei alicujus est imperitus; ut ἰδιώτης ἐς ἱππικὴν; Gal. & ἰδιώτης πρὸς τὸν πόνον, Xen. in Pæd. & apud Aristoph. ἰδιῶν, opponuntur peregrinis, &c. V.

Ἰδρὼς, τό, Eust. cum Etymol. derivat ab ὕδωρ, mutatâ primâ literâ, & spiritu; sed signif. etiam, æstivam aëris constitutionem; ut tradit idem Eust. sic apud Hesiod. in clypeo Herculis, Ἰδρὼ ἐν αὐτοῖς τέτατο, Suid. exp. ἐν θέρει, in æstu maximo, &c. V.

Ἰδὼ, ecce, est ab ἴδε, aspice, &c. V.

Ἴεραξ, dici existimat Etymol. ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ῥώμης, i.e. φρενῶς, quod sit perniciosima volucris; sed est & piscis nomen, apud Athen. l. 8. &c. V.

Ἱεργλύπης, exp. sacra sculpens, &c. V.

Ἱερύμυρτος, dicitur myrtus acuta, myrtus sylvestris, Dioscor. l. 4. c. 146. ex ἱερὸς & μύρτος, &c. V.

Ἱερὸς, exp. sanctus, sacrosanctus; ut apud Plut. de Rom. fortit. χώσε ἱερὸν, sacri anseres; interdum, cum genit. ut κύνα ἱερὸς ὄντα τοῦ Ἀπόλλωνος, cycnus sacer est Apollini; tribuitur & rebus inanimatis; ut ἱερὸς δόμος; Il. v. ἱερὰ χάλκεα; Xen. ἱερὸς ἰδρὼς, Dem. ἱερὸς πόλεμος, Thuc. ἱερὰ ὑμὰς, Luc. & apud Medicos, ἱερὰ νόσος, sacer morbus; de cujus etymologia; vide Plut. l. de solert. anim. & Gal. in Hippocr. sic ἱερὸν ὄρος, de quo vide Ruff. Ephes. Utrumq; dici volunt propter magnitudinem; nam ἱερὸς, interdum exp. μέγας; in suo genere scil. cæteris præstans; & ἱερὸς σύριγξ, apud Poll. de meatu vertebrarum; tribuitur etiam hominibus, ut apud Luc. in fine Macrob. ἱερώτατος Κυίντιλλος, i.e. θειότατος, divinissimus, aut δυστυχέστατος, Suid. & interdum dicuntur aliqui ἱεροὶ καὶ ἄσυλοι sacri & inviolabiles, Plut. de def. orac. sic ἱερὸς καὶ ἄσυλος φύλακας, apud Phil. Item ἱερὸν, interdum vocat Hom. quod generi humano aliquam utilitatem affert, &c. V.

Ἱεροσύλος, adv. exp. sacrilegè, &c. V.

Ἱερουργίας ἱερουργεῖδης, exp. sacra facere, &c. V.

Ἰδῦ, apud Aristoph. dicitur esse χλωσσηκὸν ὀπτήρημα, sicut apud Terent. hui, &c. V.

Ἴζω, in sede colloco; item considere facio; deducitur ab ἵζω, verso ι in ε, κτὴ γλώσσαν; ut Eust. tradit, &c. V.

Ἴη, pro ἴα, sola; vide in ἷος.

Ἰθὺς, exp. in rectum tendens, directus, i.e. non obliquus; id: m quod ἰοθὺς, unde & derivant nonnulli; at Etymolog. deducit ab ἴημι, &c. V.

Ἰκανὸς, in Novo Test. sæpe exp. dignus; congruus; item aptus; ut apud Xen. ἱκανὸς διδάσκειν, satis instructus ad docendum; item exp. etiam, satis magnus, vel satis multus; & interdum simpl. multus, magnus; ut ἐξ ἱκανοῦ, sub. χρόνου, jam à multo tempore, & ἱκανὴ ὁδὸς, longa via, seu multa; apud Plat. & apud Laërt. ἱκανὸν ποιεῖν, exp. satisfacere, præstare quod poterat; deducitur autem, ab ἵκω, vel potius ab ἱκάνω; &c. V.

Ἰκάνης, exp. & passivè, is scil. cui supplicatur, seu is qui supplicem recipit; Od. ω. v. 423. derivatur ab ἱκάζω; quod pro supplicare interdum accipitur, sicut & præsens ἱκνέομαι; quidam tamen veteres Grammatici, ἱκάνης, dici quasi ἱκέτης; ut sit ἱκάνης ὁ εἰς ἱκέτας τινὰς, censuerunt; unde Ἱκετήσιος Ζεὺς; dicitur Jupiter supplicum curam gerens, seu supplices in sua tutela habens; aut etiam supplicibus jura dans, Od. ν. v. 213. &c. V.

Ἰκμὰς, Etymol. ab ἵκω, deducit; fortasse quòd ex humore omnia proveniant, &c. V.

Ἰκνέομαι, pervenio; interdum exp. subeo; invado; Il. α. & Od. ο; sed in prosa, aliam quandam habet signif. ut εἰς τὰ ἱκνούμενα ὦσαι, apud Aristot. exp. constituto tempore, suo tempore, vel tempestivè; & ἱκνούμενον μέγεθος, apud eund. justa magnitudo, & apud Theophr. ἱκνέμενοι καιροὶ, congruentia tempora; sic apud Thuc. l. 1. τὸ ἱκνούμενον ἀνάλωμα; & ἱκνούμενα ἔπη, ἡμῶν τῶν περὶ τῶν ἀγωνίαν, exp. exacta circa certamina scientia; apud eund. Aristot. Item exp. etiam, obsecro; ut apud Sophocl. καί σε πρὸς σῶν σῶν τέκνων τὸν θεὸν ἱκνοῦμαι, μὴ προδοῦς ὑμᾶς χθόνα, quæso te, nè nos deseras: & apud Eurip. ταῦτά σε ἱκνοῦμαι σε, pro πρὸς ταῦτας, per hanc te obsecro, & exp. etiam, πρὸς ταῦτα ἱκετεύω σε, &c. V.

Ἴκτις, vel ἰκτῖνος, est etiam lupi species; apud Oppian. l. 3. de venat. &c. Vide.

Ἰκτὶς, & per Aphæresin, κτὶς, ἰδος, dicitur mustela sylvestris, & domestica major; ut Plin. testatur l. 29. c. 4. apud Luc. ἱκτῖδος ὑμβρωτέρου, exp. alas habentes ex membrana, ut vespertiliones; sunt qui viverram Interpr. &c. V.

Ἴλαδ, seu ἴλημι, Eust. dictum vult, quasi ἵεμαι λαὸν, i.e. ἱέμενος ἢ ὁρμῶ ἐπιβλέπειν; quod it qui propitii sunt, libenter videant eos qui precibus aliquid petitum accedunt, &c. V.

Ἱλαστήριον, ου, τὸ, (ab ἵλαος,) exp. idem quod ἱλαστήριον, propitiatorium; quo nomine dicebatur tabula quædam, quâ cooperiebatur arca fœderis, Exod. c. 25. & Hebr. 9. &c. V.

Ἱλασὶς κακῶν, Proverb o dicitur, de magnis & infinitis malis, qualibus vexati fuerunt Ilienses; ab ἱλιὰς, gentile nomen, idem significans quod ἱλιακὴ, gens Trojana; fœm. ab ἱλιακὸς, quod vide post ἴλιος; & ἴλιος.

Ἱμαντῖνες, & ἱμαντοτομεῖν, &c. Videantur post ἱμαντόεσσαν.

Ἱμὰς, ἀντὸς, loreus funis, corrigia; dicitur etiam affectus curculionis, quum longior, gracilior, ficciorq; evaserit; sic dictus, à corrigiarum similitudine, Aër. l. 8. c. 43. Idem dicitur & ἱμάντωσις, &c. V.

Ἱμαντὶς, in Novo Test. sæpe exp. dignus; congruus; item aptus; ut apud Xen. ἱκανὸς διδάσκειν, satis instructus ad docendum; item exp. etiam, satis magnus, vel satis multus; & interdum simpl. multus, magnus; ut ἐξ ἱκανοῦ, sub. χρόνου, jam à multo tempore, & ἱκανὴ ὁδὸς, longa via, seu multa; apud Plat. & apud Laërt. ἱκανὸν ποιεῖν, exp. satisfacere, præstare quod poterat; deducitur autem, ab ἵκω, vel potius ab ἱκάνω; &c. V.

Ἱμαντοκαπηλὸς, exp. vestiarius, &c. V. Et ἱμαντοκλίπης, videatur ante ἱμαντομένου, sic & ἱμαντοπυλάκιον, vide cum ἱμαντοφύλαξ.

Ἴξος, derivari putatur ab ἴχω, significante κρατῶν; quasi ἴξος, à f. ἴξω, &c. V.

Ἰξοδόρος, vide cum ἰξεδόρος, ut & ἰξοφάγος, cum ἰξεφάγος.

Ἰόμορος, secundum quosdam dicitur, ὁ ἧκιστα ἰὸν ἄγειν ἔχων, cui sagittæ curæ sunt, teste Eust. Il. ξ. & sic est ex ἰός, ὁ, & ἄγω, ἡ, &c. V.

Ἰοβὸς, Suidæ est primus pilorum exortus, primi qui effloruerunt pili; ἀπὸ τοῦ ἴσται καὶ ἀνθεῖν, alii, ἰόχρως εἶναι volunt radices enaicentium pilorum; item ἰοειδὲς, dicuntur etiam, ut tradit Poll. l. 4. quos Latini varos appellant; quòd instar ὄθυ, i.e. fimi, sac em derurpent, & maculis fædent; alii, ab ἄνθος, quòd circa ætatis florem erumpere solent; sic ἰοειδὴς μικρὸς, apud Aristot. &c. V.

Ἰόομαι, exp. rubigine or, &c. V.

Ἰὰ, eheu, plerumq; est adv. dolentis; ut ἰὰ ἰὰ, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, apud Aristoph. & cum genit ἰὰ ἰὰ ἰὰ ἰὰ δαιμόνων βουθυμάτων, ô iniqua consilia, Luc. sed interdum contrà, est exultantis; ut ἰὰ ἰὰ ἔπνον, &c. Apud Plat. de rep. l. 4. sed in hac signif. quidam scribi, ἴᾶ, cum circumflexo, tradunt, &c. V.

Ἴαν, apud Poll. scribitur, ut & ἰπόα, cum aspero spiritu, &c. V.

Ἱπποκενταύρ, equis perstrepos; ab ἱππόκερτος, equis resonans, &c. V.

Ἵππος, ὁ, ἡ, est equus, equa; unde in plur. ἵπποι ἀερόποδες; Il. ψ. & ἵπποι ὠκύποδες; Od. σ. & ἵππες ζαθέηνδε, Il. ψ. pro quo ὑπαγειν ζυγὸν ἵππῳ, Il. α. & χαλινώσαι ἵππον, apud Xen. & ἵππων ὀπλοκτυπίῃ, Il. ν. conscendere equos; & ἵππον ἐλαύνειν, Od. ε. Item ἵππος; fœm. gen. accipitur aliquando, pro ipso equitatu, seu equitibus; ut χιλὶν ἵππῳ, mille equites; & μυρίῃ ἵππῳ; decem millia equitum; apud Herodot. Sic apud Thuc. ἵππος διακοσία, ducenti equites; sed est etiam, piscis nomen; de quo Athen. Item oculorum affectio, per quam nunquam illi quiescunt, sed tremulè subinde nictant; item ἵππος, in compositione, interdum intendit significatum, sicut etiam βίᾳ; ut ἱπποκόρυμ, magnum scortum; & κορυπ, apud Aristoph. senex & delirus; sunt qui ab ἵππαμαι, & πᾶς, derivatum velint; quasi qui pedibus est volucribus, &c. V.

Ἱπποστολία, ἡ, exp. equile, &c. V.

Ἱππουρις, nomen est promontorii; ex ἵππος & οὐρὰ, τὸ, &c. V.

Ἶρις, deductum esse scribit Eust. ab εἴρω, nuntio. nimirum quod pluvias denuntiet; à Poëtis vero fingitur dea, quæ à diis nuntia mitti solet, Hesiod. in Theog. hinc etiam, fama ita vocatur; sed dicitur etiam sic circulus ille qui circa pupillam est, inter eam & album oculi medius; nomine indito, ab arcus similitudine; ambæ enim hæ Irides sunt versicolores, &c. V.

ΙΡΟΣ, Irus, ponitur inter Themata; & dici putatur ab εἶρω, nuntio, quasi ἄπαγγελίας, &c. V.

Ἰς, ἰνὸς, transfertur & ad inanimata, ut herbæ; divisiones enim eas, & intersectiones quæ in earum foliis à tergo eminent, Græci ἶνας vocant, Plin. aliquando fibras, aliquando, nervos, aliquando, venas appellavit, Gal. ἶνα, vocat etiam lineolam illam quæ literam S, per transversum secat; item ἶς, apud Poëtas exp. vis, quoniam virium corporis bona pars consistit in fibris, seu iis partibus quæ fibras multas habent, & nervosæ sunt, &c. V.

Ἰσημι, putatur factum esse ab ἰσάω, ἰσῶ, hoc vero ab εἴσω, f. inusit. verbi εἴδω, &c. V.

Ἰσπὸς & ἰστίνιον, isicium dicitur, ab insectione, quasi insicium; videtur enim ex Latino factum; & sic peregrè num esse vocabulum colligi potest ex Athen. l. 9. &c. V.

Ἰστωδὲ, dicitur excrementum quod sus effundit, fuccerda; quasi ὕσκωδε, Hesych.

Ἴσον, τὸ, sive τὸ ἴσιν, neut ab ἴσος, substantivi locum sæpe obtinet, & exp. æqualitas, æqualis portio, seu æqua, item æquabilitas, juris æquabilitas jus; ut τὸν ἴσον ἔχω, jus meum obtineo; & ἀπὸ τοῦ ἴσου, Thuc. pari jure & conditione; & interdum, ex æquo jure; item ἴσα, neut. plur. sequente ᾗ, exp. perinde, æquè; ut Thuc. l. 3. ἐδέησε τῷ ἱερῷ ἴσα ᾗ ἰκέτῃ δοῦναι, perinde ut supplices, item ἴσον ἀπέχειν, apud Thuc. exp. æqualiter abesse, tantundem abesse, &c. V.

Ἰσοῦμις, idem est cum ἰσοῦμαι, &c. V.

Ἰσοδόδε, est idem quod ἰσοδόν, i.e. temos; quod enim in curru & ἀπήνῃ est ῥυμὸς, id in aratro est ἰσοδόδε, &c. V.

Ἰσχιάνοδος, dicitur coxendicum dolor, seu arthritis coxendicis, aut arthritis coxæ articulum occupans; ut ἰσχιάδας ὠ-

φλεὼς apud Dioſc. l. 1. à Th. ἰχθὺς, cujus etymon vide in ſeq. ἰχλία.

'Ιχλία, τὰ, Poll. vocari ſcribit τὰς ἐκατέρωθεν μὲν τὴν ὀσφὺν περιβολάς; ita ut ἰσχία, interdum dicantur, ligamentum ipſum quo femur coxendicis acetabulo alligatur; interdum ipſe articulus; interdum partes carnoſæ ex utroq; lacri oſſis latere, quæ & σκέλεα, à Græcis vocantur, à Latinis, clunes nominari ereduntur; atq; adeo, ſunt qui nomen iis inditum exiſtiment, παρὰ τὸ ἰσχὺν τοῦ καθιζάνειν; quòd ſedentes ſuſtineant carnoſæ illæ poſt lumbos utrinq; eminentiæ; itaq; Ariſtot. H. an. l. 4. hominem ſolum ἰσχία habere dicit, τῶν ἢ πτερωτῶν ἢ ὄφεων. Iſidemq; l. 2. ſi etiam tradit ἰσχία τε ἔχειν; clunibus carere, aliis partibus homini aſſimilem; Homerus tamen, apro tribuit; Il. θ. & leoni, Il. υ Item ἰσχίων ἀλγήματα, ſeu πόνοι, dicuntur coxendicis dolores; apud Dioſc. l. 1. & 3. &c. V.

'Ιχθοῖδης, exp. ὁ μυδαλέα ἰσχία ἔχων; qui craſſas & rumidas habet coxas, vel etiam clunes; (ut παχυγλώσσης, μυοειδὴς, χαλκοειδὴς, πολιοειδὴς, &c.) ex præced. ἰσχία, neut. p ur. ab ἰσχίον; & εἶδος, ſ. ὅμοιος; unde εἰδ⊙, ε⊙, νς, &c. V.

'Ισχίον, exp. emacio, &c. V.

'Ισχὶς, & ἰσχιὰς, Etymologiſtes deducit ab ἴσχω; ut ſit, ὁ ἴσχων τὸ ἀνθρώπου σωμάτιον, &c. V.

'Ιτέα, ἡ, dicitur ſalix; inter primas arbor germinans, ut & populus & alnus; Eurip. ἰτέας, pro haſta uſurpaſſe dicitur; utpote faligna, i.e. confecta è ſalice; ut Hom. μελίας, vocat fraxineam haſtam; Synecdochicè, poſitâ materiâ pro re indè confecta, &c. V.

'Ιτὼς, ὁ, præceps periculorum facinorumque ſuſceptor; interdum, in bonam partem, magnanimus; apud Ariſtoph. in nub. de Strepſiade, Θεσμοὺς, ἀγλαοπῶ, πολυμηχ, ἰτὼς, βδελυκρὸς, ψοφοδῆ, συγκολλήτης, Schol. exp. impudens, & qui nullo cujuſpiam habito reſpectu aliquid audet, aut facit; Suidæ eſt etiam ὁρμητικὸς, qui præcipiti impetu ad aliquid agendum fertur, &c. Vide ἐπιτικὸς.

'Ιχῆρ, τὸ, idem quod ἴτεα, & utrumq; idem quod, & pro Th. ἴτερ, τὸ, pars umbilico ſubjecta, imus venter, &c. V.

'Ιτέλινα, dicuntur rhenones, &c. V.

'Ιῶ I, ponitur inter Themata; & exp. validè; magno cum animo, magna cum potentia, &c. V.

'Ιχθυόδηρος, vide cum ἰχθυοκάμας.

'Ιχθῦς, pisces; (plur. ab ἰχθύς, ὑ⊙,) apud Attic. dicuntur etiam piſcariæ, loca ipſa ubi piſces veneunt, Heſych. derivat Euſt. ab ἰκάδειν τὸ θύειν, i.e. ὁρμᾶν, qui animal ſit πολυκίνητον, &c. V.

'Ιχν⊙, dicitur cutis pedi ſubjecta; frequentiùs autem; accipitur pro veſtigio, i.e. ſigno quod pes incedentis ſolo imprimit; item pro ipſo pede; apud Eurip. & pro inceſſu, apud eund. παρὰ τὸ ἰχνεῖν, ὅ ἐστι σωιέχειν ὅλον τὸν πόδα, deducit Etymol. &c. V.

'Ιωὴ, ab Heſych. exp. etiam lumus, ſplendor, impetus, &c. V.

'Ιῶτα, (nomen nonæ apud Græcos literæ) ſignificat etiam apicem; teſte Heſychio; ut Matth. 5. ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, &c.

ΤΕΛΟΣ.

POSTSCRIPTUM SECUNDUM.

SUpereſt unicum, quod licet ultimò, quàm maximè tamen ſeriò, Vobis, Cordatis, & ſeriis Studioſis omnibus, propoſitum velim intentiſſimè perpendendum: Id autem eſt: ut, ſtudioſos, quamvis optarim omnes, acumine congruo præditos, quàm celerrimè poſſent, (& pro poſſe, hâc vice, meo, eos adjuvarim in itinere) literatas adirent *Athenas*; eaſque, pro perſpectione plena, peragrarent; minimè tamen vellem, ut, in earum plateis, quantumvis licet decoratis, Ornamentis quibuſvis variegatis, totam tranſigerent vitam, nec ulteriùs progrederentur; ſed iis ſemel perluſtratis ſolide; quamprimùm poſſent poſtea, lumbos accingerent, &, totis viribus, ad ſacroſanctam contenderent *Hieroſolyma*; Ad *Hieroſolyma*, inquam, Civitatem, (variè conſideratam,) tantâ, dignitatis & gloriæ, diſtantiâ, non tantùm *Athenas*, ſed reliquas, in Univerſo terrarum orbe, cunctas ſuperantem urbes, quantâ, Cœlum ipſum ultimum & ſupremum, terram ſuperat imam etiam & infimam; quippe, quæ, Civitas Maxima, Regis Maximi, Dei nimirùm, ipſius, à Deo ipſo, nominatur; &, in qua, non ſolum, antiquitùs, Deus ipſe, familiaribus ſuis, modis quibus voluit, variis, erat notus; eoſque ſæpiſſimè, familiariter, eſt allocutus; Sed, &, Novè, temporum ſcilicet in plenitudine, cum hominibus quibuſvis, opportunè ſibi obviis, familiariſſimè, & in carne, converſatus eſt; &, in qua, ſacroſancta hæc Eloquia atque Salutaria, quæ Deus ipſe Glorioſus, cum hominibus, diſſerebat, homo; reponebantur; ut Theſaurus Cœleſtiſſimus, planè, ac plenè Divinus; debito tempore, terminatâque menſurâ, per totum terrarum Orbem, & per Futuras Generationes hominum omnes, communicandus, evulgandus, & diſtribuendus. Hanccine Civitatem, talem, tantam, & Prærogativis adeo, divinitus, donatam Glorioſis, juvenes, & Studiis dediti, cuncti curioſi, non vultis inviſere? Portionis veſtræ, ex Theſauro illo Divino, *Hieroſolymis* repoſito, viz. Ex Divinis Eloquiis; Univerſum Orbem, aliquando, pervolandis, negligetis, aut cunctabimini, participes fieri? *Homerum* aut *Demoſthenem*, &c. *Horatium*, aut *Ciceronem*, &c. Vel alios quoſvis, hujuſmodi Claros, *Athenis*, vel *Romæ*, canentes, vel perorantes, ardenter vultis captare? & eorum verba, hiatu peravido, vultis aucupari? &, pretioſiſſimum veſtrum tempus totum, cum iis, vultis conterere? Atque, interim, *Moſen* & *Prophetas*, aut hujuſmodi viros, verè cœleſtes, & numine, prorſus, ac verè Divino, raptos & elatos, *Hieroſolymis*, & cœlitùs eloquentes, immo, Altiſſimum ipſum, tam, ut Deum, quàm ut hominem, exinde, altitonantem, & verba, verè, & reipſâ, Divina, fundentem, dignari non vultis auditu? Longiſſimè abſit, & avertatur, ab omnibus animis ingenuè Studioſis, influxus hujuſmodi adeo infernalis: Sed, oportet cohibeam meipſum: Novi ſatis, Lectores quoſlibet Cordatos, noſſe, quò tendam: Atque, equidem, ut, intima proferam excogitata; ex quo, Lingua Sacroſancta, Hebraica, & Veteris Canonis Textus Sacroſanctus, in ea, ſcriptus, Ope Divinâ, reddebatur aliquo modo mihi familiaris; ſum, exinde, ſemper Opinatus, in unica re qualibet alia nulla, Orci ſtratagemata, prævaluiſſe magis, contra felices, & efficaces, Religionis Chriſtianæ, progreſſus, in puritate Doctrinæ, & Pietate vivida; quàm, in adeo generali neglectu, & notitiæ defectu, Linguæ Hebraicæ, verè divinæ: In illa, namque, & in textu, divinitùs, nobis, in ea, tradito, ſi ſolide, ſerióque, ſaperent homines, & ſalutares, exinde, ſcaturientes aquas, Teipſos aſſueſcerent exhaurire; tantam, adeóque efficacem, medullam, & adipem Spiritualem, cœleſtem, & ſalvificam, ubertiſſimè, ad ſolatium animarum, perciperent, affluentem; ut, quicquid, Divino, ac Cœleſti ſapore, non tinctum, prorſus iis eſſet inſipidum, penitúſque faſtidiendum: In textu, præterea, ipſo Divino, alta, profundáque adeo myſteria, quotidie perſpicerent, non ſolùm, indaganda, & eruenda; ſed, &, diligenti, humi'íque ſcrutinio, certiſſimè reperienda, ad animarum, adeo uberrimam expletionem; ut, pleræque iſtæ controverſiæ litigioſæ, quæ Orbem Chriſtianum, & varias, in eo, Sectas, & Societates, tam diu vexarunt & diſtorſerunt, &, quibus uſus eſt inimicus hominum Salutis, pro Stratagematis ejus præcipuis, ad Concordiam & Charitatem, inter Chriſtianos, ſubmovendam, & ad diſſidii animorum ſemina, inter eos, perniciosiſſimè ſpargenda; Textuali Viro, cum contemptu, faſtidióque maximo, forent deſpiciendæ, &, ut tales minutiæ triviales, abigendæ, quarum, vix ſingula earum centena, tanti haberetur illi, ut, à textu ipſo Sacro, horulâ vel unicâ, ad eam penſitandam, nedum diſputandam, ſeipſum avocari, pateretur: Quæ autem, revera, ſolidæ eſſent, ac Divinæ veritates, pro quibus, quidem, acriter contendere par eſt; eæ, luculenter adeo, ipſi, ex ipſo Textu intellecto, paterent conſpicuæ, ut, errores, & veritatibus iis contraria figmenta, ſtatim rejiceret, ac, in veritate quacunque, ibi, divinitùs fundata & firmata, ſedatus, & quietè, diſcumberet, fixus, & ſtabilitus, ut rupes, contra cunctos fluctus infernales, veritatem talem concutientes, aut labefactare tendentes: Et, qui aliter fieri poteſt? Cùm Deus ipſe, in Textu loquens, ſubminiſtret quoque Spiritum ejus, ad verum verborum ejus intellectum, rectè, ſcilicet, debitéque. lecturientibus. Hæc, cum ita

ita sint; minimè mirum est, eos, qui contemptui, aut neglectui, habeant fontes, salutis ipsius, & vitæ Spiritualis, ac veræ, scaturientes aquas; sibi ipsis, cisternas aridas, & aquarum salutarium minimè capaces, effossuros; ita enim, talibus, verè, ac severè, veritas ipsa minitatur. Hujusmodi plura, immo, plurima, Theologiæ, præcipuè studiosis, restant suggerenda; hîc, autem, non tam tempori, quàm ultimæ, hujus Operis, diu expectati, Schedulæ, Chartæ parcendum perituræ. Vos autem, & reliquos cunctos Christianos Studiosos, scisciteri vellem; quamnam ob causam? & præjudicio quonam? contemptui habetis, aut neglectui, studia Hebraica? An quia studia hæc, præ Linguarum studiis aliarum, difficiliora multò sint, & intricatiora? Tale nihil verum est, ingenui Studiosi; Immo, vanissimum, hoc, & falsissimum esse præjudicium, plenè potuit & fusè demonstrari, cùm ex natura, & proprietatibus ipsius Sanctæ Linguæ, docendæ, discendæque, facillimæ; (utpote, in cujus nominibus, nulli sunt casus variandi, & in cujus Verbis & Conjugationibus, modi sunt nulli, præter unum, in aliis Linguis, Indicativum appellatum; & tempora tantùm sunt duo, Præteritum, & Futurum; pro præsentibus, nimirum, in ea, participiis usurpatis; &, in toto Textu, bis viginti, vix occurrunt, appellativa composita, &c. Ac proinde,) &, præ omnibus aliis ab ea Derivatis, (quippe, aliarum omnium, primævæ Matris, & Originis,) immensis verè (ut ab immenso, proficiscentis, Deo) parasangiis, simplicissimæ: Tum, ex eruditorum multorum, immo ex quorumvis, solidè ac seriò sese studiis hisce dicantium, experientiâ, planè contrarium, plenè comprobante, plenissiméque demonstrante, facillima, simul ac jucundissima esse, hujus Linguæ, divinitùs, primævæ, studia: Ex quibus, ego, (vix talia publicè declarandus, nedum jactabundus, absque hoc motivo, mihi non exiguo, viz. ad exacuenda studiosorum ingenia, & ad incitandam eorum indolem & industriam, ut Linguæ Sanctæ studia, cum alacritate capesserent;) non possum, non, Lectoribus omnibus, indicare; quod, quum Hebraicis studiis meipsum applicui, ab Alphabeto etiam ipso, exorsus, exarando, neminéque etiam existente mihi præceptore, aut docente quopiam; cum *Ariomontani* Bibliis interlinearibus, & *Buxtorfii* Grammatica, Lexicóque; quatuor mensium temporis spatio, Divinâ Ope, Studiis, & Industriæ meæ, propitiâ; eo usque sum progressus, ut *Psalmos*, *Jesaiam*, *Jobum*, & *Prophetas minores*, Textus Hebraici difficillimos libros, totos, Vocabula resolvendo, perlegerim; & reliquos libros Historicos Hebraicos, reddiderim mihi familiares, etiam ad eos, sine punctis Vocalibus, legendos, & intelligendos; & quatuor, circiter, aliis succedentibus mensibus, eosdem prædictos libros difficiliores, rursus, semel; Chaldaicáque Textualia, secundâ, vel tertiâ vice, resolveram; atque simul, Chaldaicæ, Syriacæque Grammatices compendia transcripseram, & *Syriacum Psalterium*, intellectu facile mihi dederam: Qualis progressus, etiam ulterior, fieri posse, ex hoc apparet evidens; quòd, postea, studiosos varios, in Fundamentis Hebraicæ, Chaldaicæ, & Syriacæ Grammatices, Hebraico, Chaldaicóque textui Biblico, & *Psalterio Syriaco*, congruenter adeo applicandis, edocui; ut, *in iis*, præceptore, non ulteriùs indigerent: idque quatuor vel quinque mensibus, bis, vel ter, hebdomade, & singulis vicibus, horis, circiter, tantummodò duabus, eos conveniens: Immo, septimanâ, tantum, unicâ, studentes quosdam ingeniosos, quos tempus, & occasiones, urgebant, in Fundamentis Linguæ Hebraicæ necessariis, & in iis, praxi textuali applicandis, institui, & in tantum edocui, ut ipsi perviderent, se nihil ulteriùs indigere præceptore, ad Biblia Hebraica perlegenda, & intelligenda, si eorum propriam adhiberent Operam solidè studiosam, in libris utendis, quos iis, in hunc finem ostendi, vel exhibui: Quænam igitur imaginari possit, in hujusmodi Lingua ediscenda, difficultas? quum, multa talia, multorum experientiis, comprobata sint, & comprobari possint, si concurrere contingant, apti discipuli, cum præceptoribus aptis. Forteat, autem, suspicari possit, nullas, vel paucas, habere hanc Linguam, illecebras, vel utilitates, quæ ingenua captent & inclinent ingenia, ad ejus studia capessenda: At, falsissima, talia esse præjudicia, satis id ostendit, quod, nunquam, quisquam, Linguæ Sanctæ solidè gnarus, & Divinæ Veritatis, in ea, primitùs, exhibitæ nobis, Amicus Cordatus, hujusmodi quidpiam asseruerit; Immo, è contrà, clamant, ad unum omnes, discipuli cœlestes, cœlitùs, in cœlesti Lingua edocti; non solum, in nulla alia Lingua, sed, &, in nulla alia re subcœlesti quapiam, delitias posse reperiri tales, Spirituales, & cœlestes, animos, animásque, plenè raptantes; quales, certissimè, reperiendæ sunt, in Divinis verbis & veritatibus, in Hebræo, primitùs, (&, ex eo, deinde, in Græco) textu, contentis, &, hominibus ad salutem animarum æternam, divinitùs donatis: Testis sit, instar omnium, unus, isque Regius: Centies, enim, & ultrà, in *Davidicis*, non solùm, Regiis, sed verè Divinis hymnis, attestatur hoc expertum, & inculcatur: Gaudia nimirum, ex ipsis, auri vel argenti, Thesauris etiam millibus, vel, ex quibuslibet aliis, sub ipso Deo, rebus etiam maximè desiderabilibus, atque pretiosissimis, quàm maximè affluentibus, exorta; nunquam esse, cum lætitiis hisce Spiritualibus, ex unico, Verborum ipsius Dei, Divinarúmque veritatum, in iis exhibitarum, Thesauro, uberrimè manantibus, imaginabili proportione quacunque, conferenda: Atque inde patet, itidem, evidentissimè; neque studia Linguarum quarumvis aliarum, aut omnium, cum studio Linguæ hujus, in qua, verba ipsius Dei, veritatésque Divinæ, nobis, ab ipso Deo, exhibentur, imaginatione quilibet, æquiparari posse, rationali: Et, quinam aliter esse possit? Num enim, excogitata humana, cum ipsis Dei, sint comparanda, cogitatis? Quæret igitur alîquis, Quænam est Prærogativa, Sacrosanctæ Linguæ Hebrææ, præ Linguis omnibus aliis? Immo, multis, maxima, modis; Hæc enim

enim Lingua, ipsius Immensi Dei halitu, cum ipsa anima rationali & Immortali, primo homini, (&, in eo, posteris ejus omnibus, itidem, ab eo, communicanda; nisi, priùs à Deo ipso, perfidè defecissent; ac, proinde, postea, ut à Deo ipso, ita, ab ejus Lingua, ut extorres ablegati, debitâ pœnâ, justóque judicio, alieni redditi essent, & extranei;) primitùs erat inspirata & infusa: Deinde, in hac ipsa Lingua, Oracula Divina, primitùs tradita fuere conservanda, & hominibus, ad viam, salutis eorum æternæ, demonstrandam, exhibenda: Quibus Prærogativis quænam imaginari possunt eminentiores? Erigite igitur, & arrigite vosmet ipsos, Studentes omnes Ingenui, ut, quamprimùm potlitis, (non solum, ad literaturam vestram adaugendam & complendam; sed &, præcipuè, ad vestrarum salutem animarum, promovendam, & consequendam;) aquas exhauriatis salutares, ex fontibus ipsius salutis; ex ipsius Dei nimirùm, verbis, & veritatibus Divinis in iis comprehensis, ac vobis, ad salutem vestram æternam, in Hebræo textu, primitùs conscriptis: Præsertim, vero, munus hoc, non minùs, quam necessariò, suscipiendum, incumbit vobis, qui S. Theologiæ studetis, aut intenditis esse candidati: Ob curam animarum, pastoribus Ecclesiæ concreditam: Quid enim, num, pro præceptore, haberetis eum, idoneo, ad prælegendum vobis, & edocendum *Homerum*, aut *Demosthenem*, &c. Qui nihil unquam ipse didicerat Græcè; sed tantum nôrit, eorum aut talium, Authorum, versionem aliquam Latinam: Discipuli quilibet, alterius Scholæ, Græcè edocti, sub alio præceptore, Græcè prælegente; quibus opprobriis, & invectivis Satyricis, mordaciter insectari possent, audaciam hujusmodi didascali præsidentis? & temerariam ejus ignorantiam, unà cum futili, discipulorum ejus, profectu, in studiis eorum, irridere possent? Talibus, omnino, vel paribus, si non pejoribus, opprobriis, videntur obnoxii, qui verborum *Mosis* & *Prophetarum* sese jactitant, Interpretes, & exinde, Theologastros; quum ea nunquam legerint, nec intellexerint, nisi per translationes quasdam, *Latinas*, vel *Anglicanas*, aut alias quascunq; Vulgares; quas non nôrunt, nec intelligunt num veræ sint, necne; quoniam, eas, cum ipsis Dei verbis, per *Mosen* & *Prophetas*, descriptis, non possunt conferre; nec talem ullam, possunt, ex seipsis, instituere collationem. Longè multò, possent hæc ulteriùs deduci; sed hîc, hac vice, subsistam; (Pudet, enim, & piget, hujusmodi, verè nimis, & communiter adeo, posse dici; nec posse refelli,) &, ut, Cordati cuncti Studiosi, quibus cordi est, Veritates Divinas, prout, in ipsius Dei verbis, (&, non, tantùm, in versionibus humanis,) patefactas, pernoscere; in optimis mediis, ad hunc finem, (infra Deum ipsum, &, in eo, Salutem, Omnium) assequendum, ab ipso Deo, hujusmodi conatibus, semper, propitio, feliciter dirigantur; persistam, quamdiu, Dei beneplacito, vita mihi superfuerit, supplex orans,

Gulielmus Robertson.

חיל

יעמיעש

POSTSCRIPTUM PRIMUM.

DUplex, extitit, hujus Supplementi causa, vel occasio; utraque, tamen, non parùm, vestro, Cordati Lectores, non parvo commodo, conducens, in usu, præsertim, primæ hujus Operis partis: Alteram, dedit *Schreveliana* Methodus, defectiva, nimirùm, brevisque nimis, per totum Opus suum, ab eo usitata: Alteram, ego, mihimet, ipse præbui: Primò, namque, *Cl. Schrevelius*, Tyronum, ferè, usui, solummodò consulens, Operis, ab eorum manibus citò terendi, Volumen, quàm potuit, parvum, iis tradere, statuit; ac, proinde, Thematum etiam ipsorum, & Derivatorum, præcipuorúmque Compositorum, significationes, parcè nimium, & paucas, descripsit; ut &, multa millia Derivata & Composita, penitus omisit; Hos, & hujusmodi defectus, in posteriore Lexici parte, ab initio literæ *Kappa*, tam in Thematis, quàm in Derivatis & Compositis perquàm multis, vel, in Vocabulis ipsis, adeò defectivè descriptis, vel in quibusdam aliis, ab iis Derivatis, aut, iis affinibus, &, ab iis, non multùm remotis; Atque in reliquis omnibus Vocibus Græcis, à *Schrevelio*, prorsus omissis, quàm potui breviter, &, pro Voluminis ratione, studui supplere; & ut prior etiam Operis pars, ab initio literæ *Alpha*, ad *Kappa*, posteriori par esset; hoc Supplementum adjeci, eámque in eo præstiti: Themata, nimirum, plenius explicavi, pleraque; Vocabula Græca omissa, restitui; & permultis, etiam, Vocibus Græcis, Derivatis & Compositis, à *Schrevelio* descriptis, Auctiorem addidi Explicationem: Quæ eadem, in hoc Supplemento præstita, submovent, etiam, aut supplent alteram, supplementi hujus, mihimet, à meipso, subministratam, occasionem: Nam, quum, primùm, hoc Opus essem aggressus; possibile vix putavi, Lexici Græci Corpus totum, adeo prægrande, in unico justo Volumine, in Quarto, posse contineri, cum aliquali, Vocabulorum omnium, Explicatione, & Grammatica eorum Resolutione; & simul, etiam, cum Lexico Latino-Græco, copiosè, itidem, adaugendo: Et proinde, Derivata varia, non admodum Usitata, & Composita multa, quorum Compositio, & significatio, videbatur, Studentibus, nom multam paritura difficultatem, consultò, præterii, ut, quæ minùs incommodè, potuerant omitti, &, quorum omnium, Volumen vix capax æstimavi; ac propterea, etiam, voces, à *Schrevelio*, non satis explicatas, non ausus sum attingere, in earum pleniore aliqua Explicatione: Postea, autem, quum in progressu Operis, quotidie perceperim, Characterum, seu Typorum (ad hoc ipsum Opus, consultò, fusorum) Ope, Beneficióque, schedulas Chartæ paucas, Vocabula Græca permulta comprehendere; &, priùs, quàm ad *Kappa* pervenerim, plenè perviderim, Vocabula omnia Græca Usitata, unico Volumine, in Quarto, posse comprehendi; statui, post literam *Kappa*, nulla prætermittere Vocabula Græca, talia, Græcis in Lexicis, occurrentia, sed ea omnia describere, explicare, & Grammaticè resolvere, à *Kappa* ad finem; & in Supplemento, adjicere, quæ, in prima parte, prætermissa fuere, &c. Ut suprà dictum: Ut autem, Hæc, compendiosiùs fierent, &, ut Volumen nimiùm non excresceret, compendiosiore Methodo sum usus, & solitâ, aliquantùm strictiore, quæ, variis Chartæ Schedulis, Pondere, & Onere, minus, totum reddidit Opus, & nihilo tamen minùs, Studentium usui, commodum & facile: Nam, (prout in Lexicis fieri solet) unicuique novo Græco Vocabulo, Sectionem novam, à nova linea incipientem, non attribui; sed, affinia varia Derivata, ab eodem Themate provenientia, sæpe; & multis in locis, Composita & Decomposita multa, Sectione unicâ, & eâdem, descripsi; additâ notatione Derivationis, & Compositionis, talium Vocabulorum, vel, ab initio, frequentiùs, in prima parte Operis, ad *Kappa*; sed, ad finem, semper, hujusmodi Sectionum, in posteriore parte, & in Supplemento; observatâ, tamen, in omnibus, Alphabeticâ Vocabulorum consecutione propriâ; Et, licet, fortean, (ut, in tot Vocabulorum millibus, vix aliter fieri potuit, qualibet industriâ, varias ob causas,) ordo ille Vocabulorum Alphabeticus, aliquantùm, interdum, interrumpatur, in quibusdam Vocabulis; non longè tamen, à suo proprio loco, distant voces taliter elocatæ; sed, à quovis oculo perspicaci, circumspectione qualibet seriâ, facilè sunt reperiendæ; &, quoniam, in prima parte, ab *Alpha*, ad *Kappa*, hujusmodi voces, frequentiùs occurrunt, extra ordinem proprium, paululúm, dispositæ; ideo quascunque viderim, circa suum locum, statim, non apparentes; aut repertu non obvias; eas omnes, in Supplemento, ubi reperiantur, indicavi; sicut, etiam, in eadem prima parte, quæ observavi, occurrentia sphalmata gravia, (ardor enim præli non patebatur, ut, à *Cantabrigiâ*, hùc, *Londinum*, Schedulæ singulæ, prius quàm fuerant ultimò impressæ, transmitterentur;) in eodem Supplemento, Emendata reddidi. Valete, Studiosi Lectores, & Benigni; studiisq; favete vestris atque meis;

G. R.